

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1444

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 17 / Tabuteau 115 / Round 703

**Auteur(s) :** Gunnor, mère du duc Richard II [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1015

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard II corrobore la charte par laquelle sa mère Gunnor donne au Mont-Saint-Michel, les deux alleux de Bretteville-sur-Odon et de Domjean, qui lui venaient de son douaire.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Recherches historiques sur quelques paroisses de l'arrondissement de Caen*, Paris, Derache (MSAN ; 12), 1841, p. 108, n° 2.
- b. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces justificatives, p. 3, n° 2 (extrait).
- c. Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, p. 250, n° 703.
- d. Hunger Victor, *Histoire de Verson*, Caen, E. Brunet, 1908, pièces justificatives, p. 1, n° 1.
- e. Carabie Robert, *La Propriété foncière dans le très ancien droit normand (XIe-XIIIe siècles), t. 1*, La Propriété domaniale, Caen, R. Bigot, 1943, 1 vol., p. 29-30 (extrait).
- f. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 17, p. 98-100.

### Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 59, n. 291. Musset Lucien, *Actes inédits du XIe siècle III. Les plus anciennes chartes de l'abbaye de Bourgueil*, BSAN n°54, 1957-1958, p. 31-32.

## Dissertation critique

Cet acte date de 1015, la seule année où Hugues évêque de Bayeux, qui accède au siège de Bayeux à cette année, et Opac abbé de Jumièges, qui meurt à la même année, ont pu souscrire ensemble (FAUROUX, p. 99).

Texte établi d'après f

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Antecessorum nostrorum institutionibus sancitum decretumque est quatinus, si quis suarum facultatum quiddam loco sanctorum alicui, vite superne accensus amore, perhenniter possidendum tradere voluerit, sollempne exinde idonearum personarum plurimis

astipulationibus fulcitur, ut id inconvulsum permaneat, testamentum faciat. Quodcirca ego Gonnor esse tam presentibus quam absentibus, omnibus utique sub christianitatis titulo degentibus, notum volo quod, meorum immensitatem criminum metuens, viteque celestis gaudium desiderans, duo aloda Brittavillam videlicet et Donnun Johannem, quæ michi meus sanctæ recordationis vir Richardus comes cum plurimis in dotalicium dedit, loco beati Michælis fratribusque ibidem regulariter Deo servientibus, pro animæ ipsius dicti viri precipue remedio, deinde pro meæ animæ et corporis filiorumque meorum, Richardi comitis archiepiscopique Rotberti et aliorum salute, quorum voluntate, consensu donationeque id ago, perpetualiter possidenda trado et tribuo. Referentibus etenim quam plurimis ecclesiasticis doctoribus, dinovi divinum esse preceptum ut illic nostri recondantur thesauri ubi omnis aberit furum formido omnisque tinearum demolitio, esseque quoddam peccatorum purgatorium elemosinam, et quod Deus in largiendo munificos exposcit, qui se in retribuendo preparat munificentissimum. Detur igitur Deo non nostrum, sed suum. Quid enim habere putamus quam quod ab eo accepimus ? Tribuatur frigide aque calix, ut eterna recipiatur merces. Tanti valere regnum audivimus Dei quantum habemus ; sufficit vidue quadrans, profuit et Zacheo bonorum dimidium. Quæ denique ad id quod finitur ad id quod non finitur comparatio, pro terrenis scilicet celestia, pro perituris mereri perpetua. His igitur et aliis multimodis salutiferis incitata documentis, predicta aloda loco prelibato confero sub Christi tociusque æcclesiæ testimonio, cum terris cultis et incultis cum ecclesiis, cum molendinis, cum pratis et cum omnibus omnino appendiciis, atque cum redditibus et consuetudinibus cunctis quas in predictis villis usque ad diem istam habui, eo tenore, ea lege ut absque calumpniatione seu contradictione omnium succedentium sive parentum, sive quorumque aliorum prefatus locus et habitantes in eo habeat, teneat, possideat. Quod si aliquis diabolice pravitatis telo jaculatus, huic donationi calumpniationis alicujus vim inferre presumpserit, tocius excommunicationis atque maledictionis perhennibus perhenniter irretiatur vinculis. Ut autem hujus donationis auctoritas verius credatur et diligentius per omnia conservetur, firmissimeque futuris teneatur temporibus, manibus filiorum meorum, comitis quidem archiepiscopi, subter firmandam corroborandamque tradidi. + Rotberti archiepiscopi. + Maalgerii. + Rotberti. + Hugonis Constanciensis episcopi. + Hugonis Baiocacensis episcopi. + Hugonis Sais episcopi. + Rogeri episcopi. + Norgoti episcopi. + Heldeberti abbatis. + Willelmi abbatis. + Uspac abbatis. + Willelmi laici. + Roberti comitis. + Godfredi. + Willelmi. + Radulfi. + Tursteni. + Tescelini vicecomitis. + Herluini. + Anshetil vicecomitis. + Willelmi filii Tursteni. + Hugonis laici. + Gerardi. + Osmundi clerici. + Gaufredi. + Arfast. + Nielli. + Guimundi. + Anshitilli. + Milonis. + Rainaldi. + Odonis. + Rannulfi.

(Dans un monogramme : Richardus comes.)